











1620. Lipsiae.

1. Blumentius, Laurentius: De p'edijurione.
2. Brauer a Penna, Johann Christophorus: De juris dictione.
3. Finckelthaus, Sigismundus: De consuetudine.
4. Romanus, Franciscus: De citatione.

1621.

1. Finckelthaus, Sigismundus: De crimine laesae  
majestatis humanae.
2. Krappius, Hieronymus: De heretici substitutione.
3. Ritterus, Samuel: De dividuis et individuis  
dandi.
4. Schacher, Anthonius: De reconventione.

1622.

1. Agricola, Johannes Laurentius: De fidei commissis familiae  
relictis et in specie de jure majoratus.
2. Beckius, Bartholomaeus: De republica.
3. Cronbergk, Michael: De mandato in genere.



1622

4. Curtius, Thomas: De traditionibus.
5. Schmueck, Vincentius: De jure et facti ignorantia
6. Schmuecius, Wilhelmus: De rei vindicatione
7. Schmueck, Wilhelmus: De usucapionibus sive longi temporis praescriptionibus.

1625.

1. Finckelthaus, Sigismundus: De inventario heredis
2. Schmueck, Wilhelmus: De jure dotium
3. Schmuecius, Wilhelmus: De emptione et venditione in rebus et maxime utiles quaestiones distributa
4. Schmuecius, Wilhelmus: De usufructu

1624

1. Schmuecius, Wilhelmus: De actionibus in genere.
2. Philo, Georgius: De successione ab intestato
3. Welschius, Casparus Michael: Doctrinae economicae syllabus

1625

1. Blumelias, Jacobus: De privilegiis pupillorum



1635

2. Blumelius, Jacobus: De fructibus et eorum acqui-  
sitione.

3. Boehm, Johannes: De litis denunciacione



1  
4  
5  
6  
7  
1  
9  
1  
2  
3

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*





15

DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
**ACTIONE PU-  
BLICIANA,**

*Quam*  
HORTANTE  
TRINA MONADE:

PERMITTENTE  
MAGNIFICO ICTORUM ORDINE  
IN INCLYTA ET CELEBERRIMA AD SALAM ACADEMIA:

PATROCINANTE  
VIRO

PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO  
ATQUE EXCELLENTISSIMO,

DN. ADRIANO BEIERO,  
J. U. D. LONGE FAMOSISSIMO,

*Dominò Patronò atque Praeceptore suo sanctò  
cultu observando,*

Publicæ Examinationi submittit

MATTHIAS STOCKIUS HANOV.

VVETTERAVUS AUTOR.

*MENS. AUGUST.*

A. O. R. M. DC. LXVIII.

Typis GEORGII SENGENVALDI,





STEMMA. QVE. PECTUS.  
ILLUSTRISIME. ATQVE. GENEROSISISIME.  
COMES. AC. DOMINE.  
DOMINE.  
FRIDERICE. CASUMIRE.  
COMES.  
IN. HANAV. RHINEC. ET. ZVVEIBRUCK.  
DOMINE.  
IN. MVNTZENBERG. LICHTENBERG. ET. OCHSENSTEIN.  
MARESCHALLE. HÆREDITARIE.  
ET.  
ADVOCATE. SUBLIMIOR. ARGENTORATENSIS. &c.  
COMES. AC. DOMINE.  
CLEMENTISISIME. GRATIOSISISIME  
FAMILIÆ. PATRIÆ. MVSARUM. SUBDITORUM.  
ET. OMINE. ET. NOMINE.  
DECUS. PATER. APOLLO. PROTECTOR.  
CUM. INCLVTE.  
TUM. OPTUME.  
CUI.  
FAMÆ. PRÆCONIA:  
AB. ORTU. SOLIS. AD. HESPERIUM. CUBILE. PORRECTA:  
PARANT. NOMEN.  
ÆRE. PERENNIUS.  
FLAMMANTE. PYROPO. SPLENDIDIUS.  
SITU. REGALI. PYRAMIDUM. ALTIUS.  
QUOD.  
NON. TELIS. FATI.  
NON. MORSIB. TEMPORUM.  
NON. FUGA. ANNORUM.  
NEQVE. ULLO. DAMNARIER. ÆVO. POTERIT.



FAMILIAM. ET. MENTEM.  
PER-ILLUSTRIS. ATOVE. CELSISSIMA.  
PRINCEPS. AC. DOMINA.

DOMINA.

SIBYLLA. CHRISTINA.

PRINCEPS. ANHALDIÆ. COMES. ASCANIÆ. &c.

Ut. Et.

COMES. IN. HANAV. RHINEC. ET. ZVVEIBRUCK.

DOMINA. IN. MVNTZENBERG. LICHTENBERG. ET. OCHSEN-  
STEIN. &c.

PRINCEPS. AC. DOMINA.  
LONGE. CLEMENTISSIMA.

SPECULUM.

SYNCERITATIS. VITÆ. CRYSTALLINUM.

EXEMPLUM.

OLYMPICÆ. PIETATIS. RARISSIMUM.

TUTRIX.

DIRIS. FORTUNÆ. LUDIBRIIS. EXPOSITORUM.

DEA.

ÆRUMNIS. ET. INDIGENTIA. ANGUSTIORI. PRESSORUM.

ORE. MANU.

BENIGNISSIMA. MUNIFICENTISSIMA.

MATRONIS. ET. HEROINIS.

QVAS. AUREA. PROTULIT. ÆTAS.

STEMMATIS. SPLENDORE.

VIRTUTIS. NUMEROSÆ. VIGORE.

COELESTI. MENTIS. DECORÆ. TEMPERIE.

MORIBVS. QVE. OMNI SINE. LABE. PROBATIS.

SI. NON. MAJOR. CERTE. PAR.

CUI.

INGENTEIS. DEPROPERARE. LABORAT. PALMAS.

GLORIA.

DIIS. PROXUMA.









*Moderantibus Superis!*

PRÆLIBAMEN

**I**uri Civili, propriè & angustè sumpto, Jus Prætorium, quod nomine Edictorum, & Juris Honorarii venit *d. 7. J. d. J. N. G. & C. l. 2. §. 10. D. d. O. J. opponi solet pr. J. d. Bon. Possess. l. jus Civ. 7. §. 1. D. d. J. & J.* Hoc jus, utut non vim legis, sed auctoritatem saltem, non tamè modicā, habeat *d. §. 7.* nihilominus ad Jus Civile non modò adjuvandum & corrigendum, verùm etiam supplendum, inventum est *d. l. 7. §. 1. §. 3. 4. §. J. d. action. Magnif. D. Struv. ex. 2. §. 4. Adjuvat Prætor jus civile, casûs comprehensos tuendo, eosque ad faciliorem exitum perducendo: uti agnatis hæredibus institutis bonorum possessionem decernendo in fin. d. pr. J. d. bon. poss. Corrigit, casûs injure civili verbis generalibus comprehensos, ob æquitatem quasi subducendo, & admittendo, quod Jure Civili generalibus verbis vetitum videbatur: uti posthumum alienum hæredem institutū, quem jus civile, tanquam incertam personam repellit, ad bonorum possessionem secundum tabulas admittendo *d. pr. Supplet, extendendo jus civile, & casûs inibi omisso, quos ob varietatem negotiorum infinitam comprehendere nequibat l. 2. §. 18. C. d. vet. jur. enucl. pro comprehensis habendo: veluti petenti, quod ex justa causa à non Domino traditum, & ante usucapionem amissum fuerat, judicium dando.**

A

§. 4.



§ 4. *J. d. action. l. 1. in pr. D. d. Public.* De quo Judicio  
impraesentiarum, pro ingenii viribus, paucis saltem ar-  
cturus, quod Pius, piâ, pium, dedit, Justinianus, mente,  
monitum *Nov. 6. in pr. l. 2. pr. C. d. offic. Praef. Prat. Afr.*  
*l. 2. §. 1. C. d. vet. jur. enucl.* meritò sequor, ita ingemis-  
cens:

Conditor Mundi ac hominum Creator!

Ut meos actûs placidè secundes,

Publicè dum nunc ago de *Actione*,

Obsecro supplex!

§. 1

**N**on nesciens, ambiguitatem vocis, in explicanda  
re, maximè officere, ideò duplicè esse hanc actio-  
nem, sive Judicium quod vocatur Publicanum in  
*l. 13. §. 1. D. d. Public.* alteram quidem alteri ex adverso  
respondentem, ante omnia monuisse, haud frustrane-  
um puto: Priori conceditur, qui, cum rem alienam,  
justa ex causa, bonaque fide aliquandiu possedisset, post-  
eà illam casu amisit, eam, quasi jam usucaptam repetit  
§. namque *J. d. act. l. 1. in pr. D. d. Publician.* Posterior  
autè adversò casu datur, cum quis aut Reipublicæ causa  
absens, aut apud hostes per subjectas sibi personas rem a-  
lienam usucepit, & is, cujus res usucapta est, neminem  
in civitate nancisci potuit absentis defensorem, adver-  
sus quem agendo usucapionem interrumperet; cui  
Prætor ita permittit rem suam petere quasi usucapta  
non fuisset §. *rursus 5. J. d. action.* Quæ tamen posterior,  
distinctionis gratiâ, Rescissoria dicitur, *d. §. 5.* quia ab-  
sente reversò, usucapione, Prætoris aditi auxiliò, rescis-  
sâ, rem tanquam suam, ac non usucaptam vindicabit  
*l. 3. C. d. restit. mil. l. ult. C. quib. ex causis maj.* Illa nomen  
generis retinens, Publiciana appellatur *d. §. 4.*

§. 2. Ne



§. 2. Neglectâ posteriori, priorem hac vice discussurus, definitionem ejus subicere libet: Est itaque Publiciana actio in rem Prætoria, quæ datur ad vindicandam rem, ex justa causa alicui traditam, & nondum usucaptam, amissâ casu illius rei possessione. *Per. ad d. §. 4. J. d. action.*

§. 3. Prima, eaque principalis divisio actionū, sumitur à materia circâ quâ versantur, sc. quòd aliæ sint in rem, aliæ in personam. §. *omnium autem 1. J. d. action.* Rem nostram petimus actione in rem; rem nobis debitam, actione in personam; Et tractatus de rebus in his duobus consistit, videl. in Dominio, sive jure in re, & obligatione, sive jure ad rem. In personam agimus cum eo, qui nobis obligatus est ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, ad aliquid dandum vel faciendum; Nam ex contractu fuit obligatio, ex qua immediatè nascitur actio, quæ personalis dicitur, quia obligati personam perpetuò sequitur. In rem agimus, cum eo, qui nullò jure nobis obligatus est, neque contractus vel quasi, neque delicti vel quasi, petimusque rem nostram, quæ ab alio possidetur, & realis dicitur, quia rem perpetuò sequitur. Illa *condictionis*, hæc *vindicationis* nomine plerumque indigitari solet §. *appellamus 15. J. d. act.* Ex quibus satis apparere puto, hanc actionem, IN REM, rectè definiri, quippè fundamentum sive causa ejus, non est obligatio aliqua ex contractu aut maleficio vel quasi proveniens, sed Dominium, præsumptum tamen sive fictum, quod bonâ fide, justòque titulò nititur *l. sed & si 7. §. 6. d. Public.* Prætor enim tantundem tribuit bonæ fidei possessori, quantum jus civ. veritati, i. est. Domino. *Bronch. ad l. 136. d. R. J. De quo infra, ubi*



*de fundamento, aliquid adhuc addam.* Quòd prætereà hæc actio stricti Juris, item rei persequutoria sit, parum subtiliter & frustra à *Forster. D. 3. d. action.* addi & moneri, ait *Bachov. D. 3. d. action. §. 15.* cùm, quòd distinctio actionum in bonæ fidei & stricti juris, propria sit actionum in personam, tum, quòd actio in rem neutiquam possit esse pænalis; quin imò & hæc actionum distinctio in rei persequutorias & pænales, propria sit actionum in personam, quoniam nulla actio in rem per se pænalis esse possit.

§. 4. Prætoriam insuper dicitur, quia à Publicio Prætoris, defectum Juris Civ. supplente, primùm introducta est. *d. §. 4. J. d. action.* Cùm enim Jus Civ. ei, qui rem b. f. titulòque justò à non Domino acceperat, casu tamen, antè finitam & completam usucapionem, eam iterum amiserat, viam & medium, ad persequendam eam, nullum præscripsisset, durum autem, imò iniquum visum fuisset, quemquam re, fide titulòque bonis acceptâ, fraudulenter privari, ideoque Publicius tùm temporis Prætor, æquitate motus, ad vindicandam rem amissam, priori, sc. b. f. possessori, datâ hac actione subvenit *d. §. 4. J. d. act. d. l. 1. in pr. d. Public.* quâ, si titulò justò & b. f. rem se accepisse, adeoque in conditione usucapiendi fuisse probaret, obtineret sub colore quasi adimpletæ usucapionis, & Domini acquisiti, uti ex *Bachov. ad Instit. nervosè tradit in sua Medulla §. 4. verb. sed quia sanè &c. Magnif. D. Scheffer Consiliar. Hanov. Cognatus meus omni reverentia cultu ad cineres usque prosequendus.*

§. 5. Veniunt in hanc actionem res mobiles & immobiles *arg. l. 7. §. 8. l. 9. §. 3. d. Public. add. qua infr. de traditione, & quidem ficta, dixi.* Item corporales & incor-



incorporales, *d. l. 9. §. 3. l. 11. §. 1. eod.* Nec in contrarium quicquam facere puto, quòd, ut hæc actio competat, rem traditam esse requiratur *d. l. 1. in pr.* Incorporales res autè traditionem non recipiant *l. servus 43. §. incorporales 1. d. A. R. D.* quia *d. l.* loquitur de propria & angusta traditione, quam reb. incorporalib. quæ tangi nequeunt *§. incorporales 2. J. d. reb. corp. & incorp.* proindè meritò denegat. Cùm autè quasi traditionem, quæ, dum alius iisd. nos uti patitur, facta censetur. *l. 3. in pr. D. d. usufr. l. 1. §. traditio. 2. d. serv. præd. rustic.* admittant *d. l. 11. §. 1.* adeoque ex permissione Justiniani annis 10. vel 20. cum titulo præscribi possint *l. sequitur 2. §. libertatem 29. d. usurp. & usucap. l. si aquam 2. l. sicut. penult. C. d. servitut. l. cum in longi. fin. C. d. præser. long. temp.* objectum hujus actionis, res qq. in corporales esse, haud inconcinne quis statuet.

§. 6. Istud aut. in genere requiritur, ut sit res quam usucapione aut præscriptione acquirere, non est legib. prohibitum *l. 9. §. 5. l. 11. §. 2. & seqq. d. Public.* nam aliàs huic actioni locus esse non potest. Et licèt in vectigalib. fundis, qui non usucapiuntur, actio hæc procedat, *l. cum sponsus 12. §. 2. eod.* ob hoc tamen hanc assertionem infringi non credo, quia diuturnus usus sive longa possessio, vices usucapionis sustinet *l. si finita 15. §. sed in vectig 27 D. d. damn. inf.* ut proindè Publiciana obtineat. *Zxf. ad tit. d. Public. n. 6. add. Goth. ad l. 10. D. si serv. vindic.* Non ergò obtinet in re furtiva *d. l. 9. §. 5.* frustra enim agitur ex vi usucapionis, ad rem usucapionis non capacem *§. furtiva 2. J. d. usucap.* Quod & dicendum de servo fugitivo, qui sui furtum fecit, ut, donec in fuga est, usucapio non procedat. *d. l. 9. l. 1. C. d. serv. fugit.* Quomodo etiam cessat in re sacra, religiosa, sancta, quòd fugiat



fugiat hominum commercium, & acquiri nequat. l. 9. d. usucap. l. 23 §. 5. l. 43. d. R. V. §. nullius 7. J. d. R. D. §. sed aliqu. 1. d. usucap. Nec tunc competit, si res sit talis, ut eam lex aut constitutio alienari prohibeat d. l. cum sponsus. 12. §. 4. d. Public. quia his casib. Prætor neminem tuetur, ne contra leges faciat, quod datâ hac actione fieret, quâ usucapionem rei inalienabilis & conseq. alienationem ipsam concederet. Goth. ad d. l. 12. §. 4.

§. 7. Ex dictis resolvendum venit dubium: *An qui à furioso, quem sane mentis putabat, rem emit, utatur Publicianâ?* Ratio dubitandi est, quia agētē Publicianâ, oportet habere justam causam l. 1. in pr. l. 3. d. Public. Furiosus aut. nullum negotium efficaciter gerere potest, adeoque rei suæ vendendæ potestatem non habet l. 1. §. furiosum 12. D. d. oblig. & act. l. 5. d. R. J. l. 40. eod. utpote in quo nihil iudicii, qui mente planè caret, habeturque locò absentis & dormientis l. 2. §. 3. D. d. jur. Cod. l. 124. §. fin. d. R. J. Undè emtionem non valere sequitur, quò ipsò acturus Publicianâ, justam allegare causam nequit. Pro quò tn. è contrario error & ignorantia justa militat, quæ proindè ipsi nocere non debent l. 1. §. nam si quis. 1. l. in omni 2. l. 4. l. 8. l. 9. in pr. D. d. Jur. & fact. ignor. l. 7. l. 10. C. eod. l. 9. C. ad L. Falcid. c. ignorantia 13. d. R. J. in 6. Quod dubium, quàmvis æquâ mentis lance istud perpendenti, maximè inextricabile, ob rationes, ex utraque parte allegatas, videatur, magis tamen titubabit, dum *Ulpianum & Paulum*, supremi subsellii Jctos, in hoc sibi invicem deprehenderit contradicentes, *Illo* ab affirmativa in l. 7. §. 2. d. Public. *Hòc* à negativa parte in l. 2. §. 16. D. proemptor. stante. In quibus textib. reconciliandis, cum valdè defudent Juris Interpretes, quorund. opiniones proferre, & in alterutra eligenda, tenuitatem  
judicii



judicii adhibere lubet. *Cujacius ad d. l. 2. §. 16.* putat, mendū  
in ea esse, & verba: *nec Publiciana competit*: expungit;  
qui, utut defendatur *ab Anton. Mercat. 2. not. 27.* rectè  
tamen eum reprehendere videtur *Robert. 2. recept. lect.  
10. & 2. animadv. 27.* cū error in legib. non ita temerè  
sit admittendus, nisi forrè de eo plenius & planius con-  
flet, & omnis ratio reconciliandi leges, cesset. *Ant.  
Fab. 1. Conject. c. 18.* expressam admittit contradictionem,  
dicens: *Ulpianum à Paulo corrigi.* (Quod etiam putat  
*Pac. centur. 7. évaytioφ. q. 3.* de quo in seqq. quid erit di-  
cendum) Verū cū omnis contradictio, juxta *Justi-  
nianum* sit evitanda, & præstet subtili, quantum fieri pot-  
est, animò, diversitatis rationes discutere, ideò & *Fa-  
bro d. l.* assentiri nolo. *Goth. ad d. l. sed & si 7. §. 2.* duas  
præterea adfert resolutiones, differentiam quærens,  
*modò* in subjecto cōtrario, quod est, aut Furiosus ipse sive  
ejus hæres, aut eorum extraneus, de illo *d. l. 2. §. 16.* de  
hoc *d. l. 7. §. 2.* loqui credens: *modò* in materia circa quā,  
sive objecto, quod est vel res furiosi propria, vel nō pro-  
pria, adeoque posteriori, non priori casu Petitozem  
Publicianam habere, dicens. Quæ *Gothofredi* reso-  
lutiones, quāvis pugnantiā allegatarum legum tol-  
lant, & hanc *M. Lyckl. à Nyeholt libr. 1. membr. Eclog. 20.*  
Illam, nihil impediēte, quod *Ant. Fab.* eam ridiculam  
vocet *d. c. 18. Raphael. ad d. l. 7. §. 2. Joh. Robert. lib. 2. re-  
cept. Jur. Civ. lect. c. 10. & Hugo Donell. ad §. 4. J. d. action.*  
teste *Ungebauerò exerc. 14. q. 5. in Nego.* approbent & se-  
quantur; malo tamen sequi *Accurs.* qui ad *d. l. 2. §. 16.* di-  
stinguit inter jus strictum & æquitatem, ut verba *Pauli*  
sic sint intelligenda: *strictò quidē jure nullam esse emptio-  
nem, non dari actionem de eviētionē, nec Publicianam com-  
petere, nec accessionem possessionis concedi; qua tamen uti-*  
*litatis*



litatis causâ, sive ex bono & a quo, ne sc. cuiquam justus error noceat, juxta supr. alleg. ll. competant & locum habeant. Cùm enim dixerit, utilitatis causâ receptam esse usucapionem, consequens est, ut cætera omnia, ejusd. utilitatis causâ admittantur. Quô textu ita explicatô Paulum ab Ulpiano non dissentire, sed potius consentire, patet. Quæ tamen distinctio, ne divinatoria potius, quàm vera videatur, pro ea approbanda & confirmanda, non modò facit, quòd in d. l. 2. §. 16. habeatur vocabulum utilitatis, quod sub significatione æquitatis, juri stricto opponitur; sed etiam, quòd Paulus plerumque soleat jus strictum & artem ac regulam Juris considerare, rarius ad æquitatem deflectere: aliter atque Ulpianus ac Marcellus, qui ad æquitatem sæpè inclinant. Ungep. d. exerc. 14. q. 5. in Ajo. Ex quo principio Jctorum diverso, diversam suam sententiam, cujus supr. feci mentionem, elicit Pac. d. loc. putans hanc distinctionem & legû reconciliationem esse quidem veram ex mente Justiniani, sed non ita ex mente Ulpiani & Pauli, quos reverà ideò sibi contradixisse arbitratur; quod tamen malè exindè trahitur. Concessò enim & approbatô prædictô istò principiò Jctorum diversò, non dissensus, ceu Pac. & Anton. Fab. dd. ll. contendunt, sed consensus potius eorum, textum inspicienti apparebit; quippè Paulum hac vice, expressè ad æquitatem, quàmvis præter morem solitum deflectere, verba legis haud obscurè indicant. Et sic cum Accurs. d. l. facit quoque Dauren. in comment. tit. d. usurp. & usuc. c. 2. & ibi Nic. Cisner. ad l. 2. & 3. d. caus. usuc. n. 18. Bronch. 4. ass. 10. Zæf. ad tit. d. Public. n. 7. Ungep. ex. 14. q. 5. D. Struv. exerc. XI. §. 41.

§. 6. Res quas hac actione peti, hætenus recensui, vindicari dicuntur d. §. 4. J. act. Ex quo tamen malè



lè concludēs, hanc prætōriam vindicationē, esse ean-  
dem prorsus cum civili, cūm ab ea potius sit longè di-  
versa. Nec facit in contrarium *d. l. 7. §. 8.* ubi *Ulpianus*  
omnia ead. esse dicit in publicana, ac in rei vindica-  
tione; hæc enim verba non ita strictè, d. cum tempera-  
mento, &, uti loqui amant, grano salis, sunt accipi-  
enda. Et quàmvis satis constet, quòd in multis hæ acti-  
ones inter se conveniant, esse tamen nonnulla, in qui-  
bus una ab altera differat, itidem negari nequit: Sic  
Rei vindicatio est Juris Civ. lege sc. 12. tabb. induc-  
*Vvesenb. ad tit. D. d. R. V. Treutl. ibid. §. i.* Publiciana ve-  
rò Juris Prætōrii, à Publicio Prætore primum data &  
inventā *d. §. namque 4. J. d. act. d. l. 1. in pr. d. Public.* Illa  
est tant. rei corporalis *§. 1. in fin. J. d. action. tit. D. & C.*  
*d. R. V.* (ubi rei appellatione nihil aliud venit quàm  
corpus, quemadmodum etiam *in §. 22. J. d. legat. in l. 6.*  
*D. d. R. V. in l. 34. §. Sed hoc ita 4. D. d. leg. 1. vid. Pac. ad d.*  
*§. 1. J. d. act.* Et licèt Incorporales res, secund. Jus. Civ.  
etiam dicantur vindicari *t. s. D. si serv. vind.* propriè  
tamen sub *rei vindicationem*, quæ species quæd. est *vin-*  
*dicationis* simpliciter & in genere ita dictæ, omnes in  
rem actiones sub ambitu suò complectentis *§. appella-*  
*mus 15. J. d. action. Pac. d. l. non veniunt Zæf. ad tit. d. R.*  
*V. n. 42. & 43.)* Hæc rei etiam incorporalis *l. 11. §. 1. d.*  
*Publ.* ubi de usufructu, itemque servitutib. tam rustico-  
rum quàm urbanorum prædiorum constitutis, datur  
Publiciana: Illa est rei singularis *l. 1. in pr. d. R. V.* Hæc  
etiam universalis, quippè quâ hæreditas ex Trebellia-  
no restituta petitur *l. 12. §. 1. d. Public.* Illa regulariter  
datur domino *l. 23. in pr. d. R. V. l. fin. C. eod.* Hæc non  
domino *d. §. 4. J. d. action. d. l. 1. §. 1. d. Public.* Quibus  
differentiis positis, patet, verba *Ulpiani in d. l. 7. §. 8.* non

B

ita



ita simpliciter accipienda, sed restringenda potius esse cum *Glossa*, ad dolum & culpam sive moram præstandam; item ad damna, fructus & impensas restituendas, *Ungep. exerc. 14 q. 4. in Ajo* Neque infringit hanc resolutionem, quòd in *d. l.* adhibeatur particula universalis *omnia*, utpote, quæ restrictionem quamplurimum non excludit; cujus generis loquutiones, cum multæ in jure reperiantur, unam huc posuisse sufficiat: Sic in *l. 3. J. d. legat.* dicit *Justinianus*: *omnia legata fideicommissis esse exæquata, ut nulla inter ea sit differentia*. Quæ tamen varia & multiplex adhuc datur, quippè cum cõstet, fideicommissa relinqui posse ab intestato: legata, nisi ex testamento non valere *l. 10. J. d. fideic. hered.* Legatarium insuper onerari posse fideicommissò, non legatò, in *pr. J. d. sing. reb. per fideic. rel. Pac. ad d. l. 3. J. d. legat.* ut adeò hæc differentie sublatio, non obstantibus particulis generalibus *omnia & nulla*, procedat solùm quoad vim & effectum seu usum, item legata & fideicommissa particularia; non etiam quoad modum & formam, aut universalialia. *Zæl. ad t. D. d. leg. 1. & 2. num. 6. Pac. d. l. Schn. disp. ad D. 17. Th. 1. in fin.*

*l. 9.* Debet autem ejusmodi res, quam Actor vindicare vult, sibi antea tradita fuisse, hoc enim in edicto Prætoris requiritur. *l. 1. in pr. d. Publ.* Quod, an ad quasi traditionem, quæ circa res incorporales obvenit, sit extentendum, supra, ubi de objecto hujus actionis egi, dixi, idque affirmavi.

*l. 10.* *Quid de ficta sentiendum sit, jam queritur?* Et hanc ad habendam publicanam sufficere, indè patere puto, quòd jure Civ. recepta sit, & habilitata ad transferendam possessionem; ex qua, cum usucapio, quæ funda-  
men-



mentū hujus actionis est, sequatur, eam locum habere,  
vix quispiam negabit. Fictæ autem hujus traditionis  
modi & species sunt multæ, qualis fictio brevis manūs,  
demonstratio fundi, etiam ex turri, traditio clavium,  
appositio custodis, & ejusdem aliæ, per text. *in l. 1. §. 21. l.*  
*quod meo. in 18. pr. & §. 2. l. 51. D. d. acq. vel amitt. possess. l. 74. d.*  
*contr. empt. l. 9. §. 6. d. A. R. D. l. 28. C. d. donat. §. 44. cum §. seq.*  
*J. d. R. D. add. Bachov. D. 3. Th. 18.* qui huc quoque perti-  
nere ait traditionem instrumentorum, quibus traditis,  
dominiū transferri, expressè & diserte dicitur *in l. 1. C. d.*  
*donation.* An autem vera traditio ficta sit potior, an  
par utriusque effectus & vis? disputant *Hunnus ad Tr.*  
*p. 1. d. R. V. Th. 2. lit. g.* Et *Bachov. d. D. 3. Th. 18.* ille illud,  
*Hic* hoc asserens. Quod posterius cum *Bachovio* de-  
fendere malo.

§. II. Quid demum Juris obtineat in iis casibus,  
qui sinè traditione solent esse idonei ad transferendum  
dominium? controversiâ non caret. Et quàmvis ver-  
ba Edicti prætorii, de re tradita sint concepta *d. l. 1. in pr.*  
*d. public.* tamen cum ead. hic subsit æquitas & ratio, ut  
adeò idem jus non immeritò statuatur, rectè J. C. t. per in-  
terpretationem produxerunt hanc actionem, ad ejus-  
dem casus prædictos, idque per manifestum textum *in*  
*d. l. 12. §. 1. eod.* ubi expressè dicitur, eum uti Publicianâ,  
cui extrebello restituta est hæreditas, quàmvis posses-  
sionem nactus non fuerit. *add. d. l. 1. §. fin. l. si servus 15. cod.*  
Maximè, cum vindicatione civili, in tali casu, rem pe-  
tere quis possit, *nostra aut. J. d. legat. l. cum his qui. 1. C.*  
*com. d. leg. & fideic.* eadem autem omnia sint in Præ-  
toria, atque in illa *d. l. 7. §. 8. d. Public.* quod tamen præter  
casus, suprâ exceptos, intellectum volo. Opponit  
*Bachovius d. D. 3. Th. 18.* qui juxta *Jas. in §. sed ista J. d. act.*



n. 36. & *Zesibid.* n. 12. & 13. dissentit, quod Publiciana ei demum detur, qui in conditione usucapiendi est constitutus, sine possessione autem nulla possit esse usucapio. *l. 25. d. usuc. l. 44. §. 7. eod.* adeoque cesset color domini per usucapionem quaesiti, simul & causa sive fundamentum hujus Actionis, ut Actor praetendat se usucepisse, quae praetensio impossibilis videtur, ubi traditio non facta, nec possessio translata est. Verum respondeo, quod summô & strictô jure quidem nulla usucapio possit esse, quam non praecesserit traditio & possessio, *juxta d. l. 25. & 44. §. 7. d. usuc.* utilitatis tamen causâ ita receptum sit, ut usucapio aliquando procedat, quandiu nemo nactus est ejus rei possessionem, *l. 1. §. 4. D. d. acq. l. am. poss. Goth. ad l. 15. d. Publ.* vid. Petr. d. Bell. Petr. *in §. alia. col. 5.* Joh. Fab. *in d. §. sed ista. J. d. act. n. 12.* Foster. *D. 3. d. act. Th. 4.* Hillig. *20. §. 2.* Vinn. *1. sel. q. 27.* Pac. *add. §. 4. J. d. act. D. Struv. exerc. 11. Th. 43.*

§. 12. Neque simpliciter, sed ex justa causa, tradita res esse debet, ex qua sc: tradens non dominus, transtulisset dominium, si fuisset rei dominus *d. l. 1. in pr. l. 3. & seqq. l. 13. in pr. d. Publ.* Prorsus enim hîc ead. est ratio domini & juris usucapiendi; ut non magis traditio à non domino, sine justa causa facta, transferat conditionem usucapiendi, ac facta à domino, sine ead. transfert dominium. Nugari hîc *Ant. Fabr. decad. 86. err. 5.* ait *Bachov d. D. 3. §. 19.* quando Ille ex ratione Juris Gent. ad transferendum dominium, causâ aliquâ opus esse negat, idque ex *§. per tradit. J. d. R. D. l. 9. §. 3. D. d. A. R. D.* probare contendit, cum tamen hi textûs, & alii, ad hoc probandum parum, imò nihil, conferant. Quàmvis enim dicta loca loquantur de traditione, nullam aut. tituli faciant mentionem, non tamen statim titulus inde



dè erit excludendus, sed potius subaudiendus, præfer-  
tim dum *in l. 81. in pr. d. t.* expressè requiratur. *add. Goth.*  
*in d. l. qua ratione 9. §. 3.*

§. 13. Tria autem sunt causarum genera: quæ-  
dam enim sinè traditione dominium transferunt, ut le-  
gatū *d. l. 1. §. 2. d. Publ. res à iudice in iudicio divisorio ad-*  
*judicata §. 7. J. d. O. J.* quædam per traditionem, ut em-  
ptio venditio *§. 40. 41. J. d. R. D.* quædam licet tradantur,  
ad dominium tamen transferendum nullo modo sunt  
aptæ, ut depositum, commodatum, locatio, & similes  
causæ. Itaque ut competat Publicana, duæ priores  
causæ, ex verbis simul & interpretatione *d. l. 1. d. Public.*  
uti antea monui, sufficiunt: Tertia non æque, ut pote quæ  
cum rei dominio nihil commune habet, *Pac. add. §.*  
*namque J. d. act.*

§. 14. Quod autem dictum de aptitudine cau-  
sarum ad dominium transferendum, sic accipi debet,  
ut si dominus ex his causis rem tradat, accipiens acqui-  
rat dominium, & habeat rei vindicationem; si verò à  
non domino res tradatur, is, qui b. f. accepit, non fiat  
statim dominus, quia nemo plus Juris in alium transfer-  
re potest, quàm ipse habet *l. 54. D. d. R. J.* sed facultatem  
habeat usucapiendi, & interim, antequàm usucapio-  
nem perficiat, actio Publiciana ei competat, *Pac.*  
*d. loc.*

§. 15. Præter causam s. titulum justum, etiam  
bona fides, à parte Actoris requiritur, quæ est *illæsa con-*  
*scientia, excusans possessorem à scientia rei aliena Zaf. ad*  
*tit. D. d. usurp. & usuc. n. 54.* Hæc enim cum in usucapio-  
ne maximè sit necessaria, *pr. J. d. usucap.* consequenter  
requiritur in Publicana, quæ non, nisi usucapiendi datur,  
*l. sed & si 7. §. 12. & seqq. d. public.*

B 3

Sic



§. 16. Sic autem b. f. agentis requiritur, ut dolus tradentis non noceat *d. l. 7. §. 11. §. 15. §. ult. D. eod. l. 4. §. 27. §. 31. D. d. dol. mal. & met. except.* cum ex jure nostro constet, malam fidem authoris successori singulari non obesse. Quod, licet magnam patiatur limitationem *ex authent. mala fidei. C. d. præscr. long. temp.* ut, qui rem à m. f. possessore accepit, tricennii demum præscriptione tutus efficiatur; malè tamen hinc quidam existimant, cessare Publicianam, quasi sublatò jure usucapiendi & præscribendi, quod 10. vel 20. annis absolvetur; cum non sublata per dictam authenticam, sed longius dilata saltim sit præscriptio, *Bachov. d. D. 3. Th. 20.* Nec allegare & fateri oportet Acturum Publicianam, malam fidem Authoris sui, prout vult *Zaf. n. 16. & 17.* quia contradictionem hòc modò vix evitaret. Cum enim causam s. fundamentum Publicianæ esse, aliquoties hætenus dixerim, & mox in seqq. latius dicam, ut Actor fuerit in conditione usucapiendi, imò, ut prætendat, se suscepisse, non potest commodè & absque absurditate, authoris sui malam fidem allegare, utpotè, quod necessario accipientis malam fidem inferat, adeoque jus usucapiendi infringat *Bachov. d. loc.*

§. 17. An autem superveniens mala fides Publicianam impediatur, in difficili est? Quam tamen quæstionem negandam puto, ex ratione, quòd per possessionis apprehensionem, bonam fide factam, constituatur jus, ad dominii adeptionem, cui superveniens mala fides, quæ facti est, non debet posse nocere. *l. 48. §. 1. d. A. R. D. d. l. 7. §. 14. d. publ.* Quæ ratio, subsistens in juris subtilitate, licet non probata per Canones, qui recesserunt à juris Civ. dispositione, non habentes aliam justam possessionem, ad effectum usucapionis, quam, cui totò, ejus  
cur-



currentis, tempore, ad eam bona fides *c. fin. ext. d. prescript.*  
ex ratione, quòd quicquid non est ex fide, sit peccatum,  
& quòd, quis novit se alienum possidere, restitutioni  
sit obnoxium, *can. si quod. XXIII. q. 3.* attamen, cum  
hoc idè ita constitutum sit, ne vero domino damnum  
inferatur, hæc autem ratio in hac actione cesset, cum  
contra verum dominum regulariter non detur *l. pen. &*  
*ult. d. publ.* idcirco supervenientem malam fidem de  
cod. Jure, Canon. sc. Publicianam non impedire, dictâ  
ratione moti, rectè statuunt *Vveg. ad J. D. 16. §. 3. lit. D.*  
*Schneid. ad d. §. namque 4. J. de act. Bachov. d. D. 3. §. 20.*  
*Magn. Dn. Struv. exerc. XI. §. 42.*

§. 18. An autem postquam res justò titulò est tra-  
dita, & b. f. accepta, ad constituendam usucapionem  
& accipiendam Publicianam, requiratur, ut pretium sit  
solutum: an fides de eo habita sufficiat: an verò neu-  
trum allegare & probare necessum sit? de eo quoque  
non levis inter Dd. est controversia, quæ *in l. de pretio §.*  
*d. public.* tota latet. Ex qua quidam eliciunt, quòd Pu-  
blicianæ locus esse nequeat, nisi aut pretii solutio, aut  
fidei sequutio verè intercesserit; idque ex hoc funda-  
mento, quòd, quæ sit transferendi domini ratio, ut  
competat vindicatio civilis, eadem sit ratio transferen-  
di juris usucapiendi, ut competat Prætoria. Jam au-  
tem constat, emptorem non fieri dominum rei, etiam si  
tradita fuerit, nisi pretium solutum, aut de eo fides ha-  
bita sit *§. vendita. 41. J. d. R. D.* Quæ sententia, cum men-  
ti *Gaii in d. l. §.* non sit conformis, & quòd lex non dicit,  
neque nos dicere debeamus, idè hæc ratio nihil obti-  
nebit; maximè cum differentia quæd. adhuc in eo sit,  
quòd *ibi* requiratur, ut tradens sit dominus, qui idè sa-  
tisfactionem pro re sua vendita omninò habere debet:

*hic*



*hic*, non dominus; quin imò, res à vero domino *hic* regulariter non vindicetur: Ex quo non immeritò simplicem ex justa causa traditionem, Prætor sufficere existimavit, etsi pretium solutum, aut fidem de eo habitam esse, à petitore neque probetur, neque allegetur. Bachov. *d. D. 3. l. 20. Zæf. ad tit. d. publ. n. 5.*

§. 19. Fundamentum itaque & causa hujus actionis, est præsumptum sive fictum dominium, fundatum in justo titulo & bona fide. *l. 1. in pr. l. 3. l. 7. §. 11. d. publ.* usucapio enim absoluta esse non oportet *d. l. 1. §. 1.* alioquin non esset locus Publicianæ, quæ est utilis vindicatio, sed directæ in rem actioni, i. e. rei vindicationi, quæ est actio civilis. *d. l. 1. §. 1.* Ex æquitate ergò, & interpretatione Juris, habetur pro dominio vel Jure in re, per usucapionem quæsito, quod tamen verè usucaptum non est. *d. §. namque 4. J. d. act.*

§. 20. Nec benè exindè colligitur, Prætorem ansam fallendi & mentiendi præbere, dum se vult, ut Actor dicat se usucepisse, quod usu non cepit. *d. §. 4.* prout contendit *Placentinus test. Ant. Usill. ad §. alia aut. n. 5. J. d. act.* & *Speculator*, quem allegat *Ludov. Gomez. ad §. sed ista 3. n. 33. d. t.* quia usucapionem, non absolutam, sed respectivam prætere jubet, ut adeò ille, qui reverà non usucepit, & consequenter nondum dominus est, fingatur usucepisse & dominus esse, respectu alterius, qui post illius amissionem possessionis, eam demum infirmiori, aut planè nullò jure accepit, adeoque usucapionem, eodem temporis intervallò, ac ille, absolvere non potest; quam, cum prior incepit, non potest non prior ad finem perducere. *Præ. Nobiliss. atque Excellentiss. D. Præses in discursu Colleg. priv. ad tit. D. d. publ.* Neque etiam verba *d. §. 4. in qua dicit is, qui possessio-*



tionem amisit, eam rem se usucepisse, quam usu non cepit, adeò  
strictè & durè sunt accipienda, sed potius coèrcenda &  
restringenda, ut respondeant §. *preced.* 3. ubi ait *Impera-*  
*tor: ut ecce: plerumque ita permittit Prator in rem agere, ut*  
*Actor dicat, se quasi usucepisse, quod non usuceperit:* quæ par-  
ticula *quasi*, in codicibus magis emendatis habetur, eam-  
que in decem libris, variæ impressionis, invenisse scribit  
*Gomez. ad. d. §. sed ista. 3. J. d. act. n. 33.* Quò facit, quod a-  
pud *Theophilum*, qui *Justiniani* Institutiones græcè ver-  
tit, inveniatur vox *ὡσαυτὲ*, quæ similitudinem denotat.  
vide sis *Ungep. exerc. 14. q. 6. in Nego.* Porro, cum omni-  
um mendaciorum, quæ talium, forma & pars essentialis  
sit dolus & fallacia, quod ab agente, tanquam b. f. posses-  
sore, jus suum persequente, utrumque abest, quæ *Placen-*  
*tini* & aliorum, calumniosa magis, quàm verifica senten-  
tia, defendi queat, vix video.

§. 21. Dum itaque, uti me planum fecisse credo,  
Actor rectè & ritè, rem, sub colore Dominii, per usuca-  
pionem quæsitæ, petit, patet insimul, & *Schneid. ad §. sed i-*  
*sta. J. d. act. n. 45. & Jason. ibid. n. 82. & 83.* minus benè sen-  
sisse, quando *Ille* Actorem de suo Dominio dubitare, *Hic*  
verò, istud expressè negare debere, contendit. Etenim  
& rationi & Juri cōtrariatur, ut ille, qui bonam fidem, quæ  
tantund. valet, quantum veritas *l. 136. d. R. J. allegat l. 7.*  
*§. 11. d. Public.* qui colorem usucapionis præ tendit *d. §. 3.*  
*& §. 4. J. d. act.* aut dicat, se dominum non esse, aut de suo  
Dominio dubitet. *Bachov. d. D 3. l. 16.* Et quamvis Petitor,  
se Dominum esse, absolutè dicere nequeat, neque debeat,  
non tamen proindè se talem esse, expressè neget, sed po-  
tius alleget, quod rem ab eo, quem Dominum fuisse cre-  
didit, qui etiam pro tali in dubio præsumendus, b. f. e-  
merit, adcoque ad minimum in conditione usucapiendi  
fuerit.

C

§. 22. Tan-



§. 22. Tandem requiritur, ut possessio rei, antè usucapionem completam, casu sit amissa, & apud alium, sinè causa aut Jure infirmiori existat. *d. §. 4. J. d. act.* Nam vindicatio non datur Possessori, nisi servitutis, per actionem Confessoriam, aut libertatis, per actionem Negatoriam. *Pac. add. §. 4.*

§. 23. Ex hisce omnibus de utroque subjecto, directo sc. & contrario, jam facilè constabit. Nimirum: Instituit Publicianam, qui rem bonâ f. titulôque justô, à non Domino traditam, ante absolutam ejusdem usucapionem iterum amisit, adeoque verus Dominus non est *arg. l. 1. §. 1. d. Public.*

§. 24. An etiam aliquando vero Domino competat? non parum controversum est. Et videtur sanè primò intuitu negandam esse omninò hanc quæstionem, utpotè, quæ affirmata hanc contradictionem involveret, sc. aliquem esse Dominum, & non esse Dominum; quia, quod Publiciana non Domino detur, *arg. d. l. 1. §. 1. modò fuit assertum.* Adhæc, cùm verus dominus ordinariè habeat rei vindicationem, quæ est Juris Civ. *l. in rem 23. in pr. d. R. V.* quæ ratio, cur ipsi tribuatur Publiciana, quæ Juris Prætorii, & in defectum Juris Civ. inducta est *d. §. 4. J. d. act. d. l. 1. in pr. d. Public?* cum tamen communi auxiliò, & merò jure munito, non debeat tribui remedium extraordinarium *l. 16. in pr. d. min. 20. ann.* Cum vel maximè, quòd in nullo juris textu dicatur, verum Dominum uti posse Publicianâ, sinè lege aut. loqui erubescamus. Ex quibus & aliis adhuc quàm plurimis rationib. verum Dominum, qui fortè rei suæ possessionem amisit, debere vindicatione civili contentum esse, nec ad Publicianam unquam recurrere posse, multi contendunt, quos inter *Joh. Fab. ad d. §. sed ista. 3. J. d. act. n. 8. ibique Jason. n. 64. & Ant.*



Ant. Ufill. n. 47. Schneid. n. 24. Vult. n. 11. Joh. Harpr. n. 150  
Donell. & Giphani. ad d. §. 4. eod. Cum quibus etiam facit  
Ungep. ex. 14. q. 4. in Ajo. Quibus tamen non obstantibus  
vero Domino, in casu deficientis, aut ad minimum dif-  
ficilis probationis domini, sub qualitate t. b. f. Posses-  
soris, Publicianam favorabiliter accommodandam esse,  
omnino puto. Quod etiam statuunt Zas. ad. d. §. sed ista:  
n. 8. Andr. Gail. lib. 1. observ. c. 62. n. 5. Myns. ad. d. §. 4. n. 38.  
cum seqq. Hillig. in not. ad Donell. lib. 20. com. Jur. Civ. c. 8.  
lit. D. Schnob. disp. 5. §. 27. D. Struv. ex. XI. §. 44. Cum enim  
procul dubio sæpe contingere possit, ut venditor verus  
dominus fuerit, de quo tamen satis constare nequeat; ne-  
cessario eveniet, ut non raro Publicianam utatur, qui reve-  
ra dominus est, attamen ob defectum plenioris probatio-  
nis, se talem asserere non audeat. Et quidni ergo vero do-  
mino accommodari possit hæc actio, si expeditiori & cõ-  
modiori remediõ uti velit, & fortassis ipse dubitet, an sa-  
tis liquido dominium suum probare queat? arg. l. 1. §. 4.  
quod. legat. Bachov. d. D. 3. §. 17. Neque contradictionem  
in eo esse autumo, quippè cui non ita simpliciter, & ut  
domino, sed quod modò dixi, in casu deficientis, aut  
difficilis probationis, omisã quæstione domini  
veri, sub qualitate b. f. Possessoris, datur. Et quamvis  
jure ordinariõ munitus, non opus habeat quærere reme-  
dium extraordinarium d. l. 16. id tamen absolutè & si-  
ne limitatione verum non est; hoc enim quando plenius  
& favorabilius est, per istud non tolli, testantur Bartol. ad  
l. in provinciali. 3. §. 1. d. op. nov. nunc. Imola. in c. ex parte. d.  
rescript. & Ludov. Gomez. ad §. in personam 8. n. 19. J. d. act.  
Prætoriam autem vindicationem civili favorabiliorem  
esse vel exindè constat, quod Actor in illa, non ita, atq; in  
hoc, dominium suum probare cogatur. Quid? quod ve-



rum dominum, in tali casu, ne quidem civilem vindicationem habere, dici possit; quæ cum fundamenti loco præsupponat dominium quod tamen agens, utut reverà dominius sit, ob certam difficultatem probare nequeat, sanè ab eo, qui dominus non est, respectu, ad rei vindicationem instituendam habitò, parum differt. Licèt porò, nulla lex expresse dicat, quòd competat vero domino Publiciana, attamen ad hoc statuendum sufficit, hanc assertionem ex quibusd. locis, per bonam consequentiam posse deduci; qualis elici potest *ex d. l. 7. §. 7. d. Publ. ubi petenti rem, & jusjurandum ex delatione præstanti, eòque suam esse asserenti, competit Publiciana.* Hoc autem jusjurandum habetur pro veritate *l. 11. §. 2. ibique Glossa. D. d. jurej. l. 56. d. re Judic. & l. 1. in pr. quar. rer. act. junct. l. ingenuum 25. D. d. stat. hom.* ut adeò jurans pro domino rei habeatur, & consequenter aliquando Dominus utatur Publicianâ. Ex quo tamen malè inferes, dari hanc actionem itaque vero domino, non sub qualitate b. f. Possessoris, d. potius veri domini, id quod supra fieri negavi; Non enim dico, quod juramentum, præstantem istud, reverà dominum, sed saltim, ut pro tali habeatur, efficiat, & contra eum, quò postulante juravit, actio competat, eaque meritò Publiciana, quia, cum Dominum eum fuisse, certò non constet, perindè est, ac si ab alio quovis res fuisset tradita. Quò facit text. *in l. 13. §. Julianus d. jurej.* juxtà quem, qui juravit fundum suum esse, post longi temporis demum præscriptionem, actionem, in rem videl. contra quemcunque Possessorem habet; quoniam Juramentum est quasi locò tituli, quem sequitur traditio per Reum Possessorem, contra quem juratum fuit. *Bachov. d. D. 3. §. 17.*

§. 25. Usu etiam forensi receptum est, ut eod. libell. 102



lō, Publiciana, cum Rei vindicatione cumulari, atque  
alternatim proponi, i. est, res jure Domini vel quasi peti  
queat. Cū enim propter incertitudinem non rejiciatur  
ille, qui diversa ponit remedia *l. 1. §. 4. in fin. quod legat.*  
modò unius positio non sit alterius sublatio *l. si pecunia.*  
*C. d. furt.* Ille, qui possessionem rei suæ, de cujus jure ta-  
men incertus est, recuperare cogitat, eam sub jure Domi-  
nii directi vel quasi, petere non prohibetur. Neque enim  
hæ duæ actiones, origine sunt contrariæ, sed tantam affi-  
nitatem habent, ut altera alterius supplementò perficia-  
tur, sive originem, sive medium, sive exitum spectes. Nam  
sicut quasi Dominium non est contrarium, sed tam ad-  
fine directo, ut nonnunquam locò domini penè sit *l. bo-  
na fidei 48. in pr. d. A. R. D.* ita & actionibus judicare oportet  
affinitatem conjunctissimam, non autem contrarieta-  
tem. Ungep. ex. 14. q. 4. in Ajo. add. Gail. 1. observ. 62. n. 4.  
Mynsing. 4. observ. 11. Oldendorp. class. 3. art. 3. Hammel. d. a-  
ctio. c. 4. n. 30. Bronch. cent. 1. ass. 76. Bocer. c. 5. D. 27. §.  
8. D. Struv. d. exerc. XI. §. 44.

§. 26. Cognitò subjectò directò, in contrarium  
jam ut paucis inquiram, ordinis ratio efflagitat: Vindicat  
Actor rem ab eò, qui infirmiori jure quàm ipse eam pos-  
sidet, *per text. l. fin. junct. l. 7. §. 6. & 7. D. d. Public.* Nam  
cū agens se fundet, non in dominio vero, quod nec pro-  
bare necesse habet, sed tantum in conditione usucapien-  
di, efficitur inde, ut Possessor, qui in ead. conditione est,  
exceptione Actorem repellere possit; ubicunque enim  
Petitor vincere vult contra Possessorem in actione in-  
rem, necessum est, ut nitatur jure potiori. *d. l. fin.* Firmius  
autem jus ejusm. b. f. possessor, censetur habere non mo-  
dò eò, qui fide & titulò simul: aut alterutrò tantum  
destitutus: sed etiam qui per utrumque ad possessionem,  
C 3 post-



postquam tamen Petitor eam amisit, pervenit. Qui enim in titulo & possessione antiquior est, respectu ejus, qui utrumque postea demum acquisivit ab eo, qui vel mala fide vel saltem nullò jure rem istam tenuit, instar Domini est, & proinde æquum, ut eam vindicet. *Magnif. D. Struv. d. exerc. XI. §. 46.*

§. 27. Quid autem tunc, ubi duo eandem rem sibi traditam acceperunt, obtineat, valde est intricatum. *Bachov. d. D. 3. §. 22.* triplicem distinctum casum circa hanc questionem format & proponit: aut enim ab uno Domino: aut ab uno non Domino: aut à duobus non Dominis rem traditam esse ait. Proinde remotò, ob rationem, quam ibi vide, casu primò, circa posteriores duos ex *Juliano* refert & probat distinctionem ab *Ulpiano in l. 9. §. 4. d. Public.* prolatam, ut, si unus non Dominus rem tradiderit duobus, potior sit conditio ejus, cui prius res tradita fuit, qui sc. utens Publicianâ, rem ab altero possidente auferre potest: Ex duobus autem qui rem à duobus non dominis acceperunt, potior sit causa possidentis quam petentis. *d. l. 9. §. 4. Magnif. D. Struv. d. l.* ubi tamen hæc distinctio adhibenda est, urum sc. unò ex iis possidente, agant inter se, an verò neutro possidente, agant adversus extraneum, qua adhibita *l. si ea res 31. §. ult. D. d. act. empt.* non obstabit. *vid. Bronch. ad l. quoties. 98. d. R. J.* Alius adhuc formari posset casus, ut si duobus, à diversis, alterò Dominò, alterò non Dominò, res fuerit tradita, quem *Bachov. d. l.* fortè ideò, quia nihil difficultatis in se continet, omisit; non enim ambigendum, illum potiolem esse, cui à domino res tradita est, licet posterius: nam à non domino traditio facta, hoc casu nihil operatur. *Zes. ad tit. D. d. R. V. n. 12.*

§. 28. Absolutâ hac, aliam lubet movere questionem:



nem: An Publiciana detur contra eum, qui possidet pro hærede? Ad quam resolvendam præmonendum venit, quisnam ita possidere dicatur: Sumitur autem hæc phras̄is 1. *subjectivè*, & significat eum, qui verus hæres non est, & tamen titulò hæredis, ex causa testamenti vel ab Intestato, sive secundùm Jus Civ. sive Prætorium, res hæreditarias possidet: quò sensu dicitur, petitionem hæreditatis dari contra eum, qui possidet pro hærede, adeoque rem aliquam, quæ defuncti verè fuit, tenet. *l. 9. l. 11. pr. d. hæred. petit.* In qua significatione *pro hærede* titulus non est, siquidem nemo ita tenendo longò tempore efficit, ut sit hæres, nec tamen Publicianæ locus erit contra eum, quoniam hæres eodem Jure utitur, quò defunctus, cujus res proprias fuisse, præsupponitur: nisi Acturus fortè probaverit, defunctū, pro cui⁹ hærede Possessor iste se gerit, eas vel sine titulo, vel malà fide, vel etiam ut alienas possedisse Sumitur 2. *objectivè*, in quo sensu verus hæres dicitur tenere rem, quæ defuncti non fuit, quam tamen hæreditariam putat, adeoque alienam esse ignorans, cum cæteris rebus defuncti, eam penes se habet: Veluti si sit res defuncto commodata, vel apud eum deposita, *vid. t. t. D. & C. pro hærede.* Ubi non levis controversia est, an iste titulus habilis sit ad usucapiendum? Undè decisio hujus quæstionis dependet, quia contra usucipientem Publiciana cum effectu non datur. Quem talem non esse, videntur innuere expressi textus in *l. ult. C. d. usuc. pro hæred. l. 4. C. d. præscr. long. temp.* qui disertè negant, sinè alio proprio & speciali titulo, usucapionem procedere posse. Verùm cum ex adverso faciat, non modò, quòd *lib. 41. tit. 5. rubr. pro hærede*, inter alios titulos usucapiendi ponatur; sed & quòd in *l. pen. ibid.* expressè dicatur, posse me usucapere, si hæres sim, & putem, rem aliquam ex hæreditate esse, quæ  
non



non sit, adeoque hæc leges prioribus præponderent, rectè respondetur, illas loqui de hæredibus putativis, qui, quia falsus planè titulus, nulla tamen justa errandi causa subest, nec alienam rem, nec hæreditariam usucapient. *Magn. D. Struv. exere. 43. §. 32.* ut ad eò pro hærede possidere, sit titulus usucapiendi, & proindè contra eum Publiciana institui nequeat: Reiteratà tamen, supra ad Possessorem pro hærede in priori significatione sumptum, adhibitâ limitatione, nisi sc. Petitor malam fidem defuncti probare & velit, & possit. Quod non solùm obtinet, si expositâ ratione, titulus pro hærede elidatur, sed etiam, si defunctus, cui alter, pro hærede tenens, successit, post petitorem, titulum & possessionem, licèt bonâ fide, sit nactus. *D. Struv. ex. XI. §. 47.*

§. 29. Ex quibus porrò hæc resolvenda venit questio: An Publiciana contra verum Dominum possit intentari? Quæ dubiò procul neganda, per *l. pen. & ult. d. Public.* Cujus ratio æquè peremptoria, quòd sc. veritas potior & validior sit præsumptione, adeoque dominium verum potentius dominio præsumptò & fictò, quod nititur colore prætensò usucapionis; atque sic contra verum dominum deficiat hujus actionis æquitas, quæ allegatur in *d. §. 4. J. de action.* Quod enim ib. dicitur durum esse, deficere actionem, non potest respectum habere erga verum dominum, sed Possessorem injustum, ut eò potior sit *b. f. Possessor. d. l. ult.* Quæ ratio cessat, si agatur contra dominum, quem in re sua molestari, aut sibi eam auferri, est iniquum *§. ult. J. d. hic qui sui l. alien. l. injuriarum. 13. §. si quis 7. d. injur.* Quod autem hætenus dixi, regulariter ita verum est, dari enim quosdam casus singulares, qui faciant exceptiones, propriis & satis perspicuis rationibus, propter quas exceptio domini elidatur, adeoque  
contra



contra verum dominum Publiciana institui queat, patet (1.) ex l. 28. d. nox. act. l. 18. §. 15. d. Damn. inf. (2.) l. 72. d. R. V. l. 4. §. 32. d. dol. except. (3.) l. 14. & l. 63. d. R. V. (4.) l. 24. d. Except. rei jud. l. 7. §. 7. d. act. Publ. (5.) l. 87. mand. (6.) l. 31. ex quib. caus. maj. Excell. Dn. Præs. in not. ad Schn. D. V. §. 27. add. Cujac. lib. 10. observ. c. 6. Goth. ad l. 16. d. Publ. Bachov. d. D. 3. §. 23.

Atque hæc de ACTIONE PUBLICIANA dicta hac vice sufficient. Si fortè nonnulla minus congruenter interposita fuerint, veniam, si non ingenii mei tenuitas, certè materiæ difficultas merebitur.

Maximo Cœli rutili Monarchæ,  
Qui meis cæptis dedit æqua vela  
Gloriam & laudes refero sonantes,  
Pectore plenò!



Rem





**R**em titulòque fide captam ceu vindicet A-  
ctor,

*Publiciana* docet, quam Tua charta probat  
Ex animo grator, prosperrima quæque preca-  
tus,

Præmia larga Tibi conferat alma Themis!

*Ita ex animo Præ-Eximio Dn. Stockio,  
gr.*

**Christoph. Philip. Richter D. Com.**  
P.C. Collegii Jur. Ordinarius, Decanus, & P.P.

**Q**uia quis mente bonâ, quamvis aliena, tene-  
bat,

*A quo vis noluit Publiciana rapi.*

*Quam, dum perspicuò sensu illustrare laboras,  
Gratulor, ac animò cæpta secunda precor!*

Florentissimo Juveni, Dn. Matthiæ Stock  
his eruditionis industriæque testibus, for-  
tunæ simul meritis condignæ votivis ver-  
siculis lub. meritoque, inservire voluit  
ut debuit

PRÆSES,

*Mab*



**N**ur lasse nur die Pöbel vort/der Themis Söh-  
nen lachen /

Ob schon uff sie der Zoil stets den Meides-Ra-  
chen regt /

Es weicht drum nicht ein Götter = Sohn / der Zu-  
gend Flammen hegt /

Von der Astræen schönen dienst. Er weis / daß hohe Sa-  
chen /

Nur hoher seelen Speise seind / und sein unermüdes Wa-  
chen

Zulezt Sieg = Prächtigt wird bezahlt wann Fleiß den  
Preiß zuträgt /

Und wann des grossen Pristers Hand sein fluges  
Haupt belegt /

Mit wohlverdientem Lorber-Zweig / der Edel-wehrt kan  
machen.

Wie wird dann Ihm / geehrter Freund / der Ehren-  
Kranz außbleiben ?

Da sein beliebter Tugend = Sinn sich trefflich auß-ge-  
feint

Und Ihm die tieffe Richter = Lehr / und was sonst  
schwer herscheint

Ein leichtes thun und wesen ist. Sein Kunst-gesetztes  
Schreiben /

Giebt dessen Klare Zeugenschaft. Ich sage diß dar-  
von:

Wer so gelernt und disputirt / der kriegt bald  
reichen Lohn !

Dieses wenige wolte seinem hochgeehrten Freund /  
zuschuldigster Ehrbezeugung entwerffen /

Martinus Dresser / Ph. Mag.

Was



Was das alte Tafel = Recht; was der Zentiman  
verschweigt;

Was der Sextus nicht erwägt; kan der Richter  
Klug entscheiden:

Wann/ der etwas recht besitzt / soll das längst = er-  
arnte meiden/

Und zuletzt verlohren sehn; so / wann etwa sich eräugt /  
Ein ganz = ungelehrer Fall / ihm des dings besitz ent-  
weicht/

Bietet Er die Hülfs = Hand / und schützt wider Diebes-  
neiden.

Was hievon dort dunckel = kurtz / weiß Er / werther /  
schön zu leiden:

Sein bewizter Sternen = Geist / so sich nur zu hohem  
neigt /

Und geht ungemeyne Bahn / hat so künstlich dargestellet /  
Dießes schwere Richter = Recht / daß Ihm drum der  
Themis Hand

Künstlet schon die Ehren = Kron; der geschwinde Fa-  
men = Wagen

Steht schon uff dem flug / sein Lob zu dem Blauen hin-  
zutragen;

Es verlangt mit heisser Bier nach Ihm unser Schwa-  
nen = Land.

O wie ist so hochbeglückt / der dem Himmel so ge-  
fället!


Mit diessem unnetten Sonnette / wolte und solte sei-  
nem hochgeschätzten Herrn Landsman / die oblie-  
gende schuld = gebühr / in etwas / glückwünschend /  
abzahlen /

J. D. Schäfer / H. W. LL. ST.  
F I N I S.











X2615935

Von











JURIDICA  
NE PU.

15

ANA,

ANTE  
ONADE:  
TE NTE  
DRUM ORDINE  
MA AD SALAM ACADEMIA:

NANTE  
O  
ISSIMO, CONSULTISSIMO  
ENTISSIMO,  
O BEIERO,  
AMOSISSIMO,

*Præceptore suo sancto*  
*vando,*  
tioni submittit  
CKIUS HANOV.  
IS AUTOR.  
UGUST.  
OC. LXVIII.

ENGENVVALDI,

